



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

Argvmentvm Epistolæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

in mentibus hominum pias & sanctas rationes efficaciora. Ne quo illa splendidiore titulo, aut qua gratiore oratione auctoritate possunt, quam eius regis, in quo amplitudo maximam magnitudinem animi nequit esse par: qui altitudinem seruitutis humanitatis, & libertatis laude superant: cuius & tanta adsunt à Deo bona: & que præterea ipso eodem adiuuantibus sibi comparauit, plurimarum artium rerumq. scientia, mitorum etiam usus in maximis rebus & suscipiendis & administrandis animus, consilium, comitas, eloquentia. Quæ in operumnia cunctarum domina virtutum pietate erga Deum respiciunt, neq. exornantur: quam nos in te diuinam imprimis eximiam virtutem Franciscæ Rex spectantes ac venerantes, cum hanc nunc damus, qua adhuc nobis effecta sunt, tum alia quæquæ supra suppeditauerit, sumus daturi, ad hunc eundem religionis honorem & defensionem Christiana veritati pertinens. Siquidem neque mihi quicquam magis conandum & commendandum est, neque tibi præstandum atque efficiendum, quæ in incolumis cultus præpotentis Dei, & que sine eo nihil consistere non potest, iustitia, continentia, pietas, hominum merita & studiis iam prope dimissa, restituatur. Quod Dominus operatur, deinde Christianissime Rex virtute aliquando factum sperare iure omnes & possumus & debemus.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ.

Contentio erat orta inter Iudæos & Romanos, quod Christus erant initiati, quorum utrique alteros contemnebant. Iudæi de operum meritis gloriabantur, quod datæ sibi legi seruiissent, & ex hoc euangelicam gratiam tanquam debitam meritis suis percepissent: eam non volebant dari gentibus tanquam indignis, propter idololatriæ cultum & alias vitæ sordes, nisi hæc sacramenta suscipere. Contra vero Romani se iustitiam præferrebant propter Philosophiæ & prudentiæ humanæ studia, & propter vocationis singularem gratiam, qua Christus Iudæis verbum suum respicientibus uocauerat.

veritas est ad gentes, tum etiam propter rationem imper-
 rit, quo Deus populum Romanum praeter ceteris gentibus
 illustrasset. Quas controuersias Apostolus Paulus hac E-
 pistola dicere conatur, & neutros eorum sua iustitia
 meruisse ostendit, sed utrosque grauius peccaf-
 se. Iudeos quidem, quod per prauaricationem legis
 Deum non honorassent: Gentes vero, quod cognitum de-
 creatione creatorem non ut Deum coluissent, sed eius
 gloriam in manu facta mutassent simulacra, & serui-
 lerant creationi creatore praetermissio: Verum utrosque a
 Deo veniam consecutos, aequales & pares esse demon-
 strat. Quare eos ad pacem & concordiam & unitatem
 in Ecclesia tuendam hortatur.

*Mementi huic sui Commentarii in Epistolam Pauli ad Rom.
 I. c. habilem Epistolam lib. III. Epist. 5. & 6. lib. IV. Epist. 9. lib.
 V. Epist. 7. & 8. lib. I. X. Epist. 9. & 10. lib. XIII. Epist. 2.*

JACOBI SADOLETI EPISCOPI CAR-
penoratis in Pauli Epistolam ad Romanos com-
mentariorum

LIBER PRIMVS.

EPI mihi cogitanti de Christianae fidei primordiis,
 & ipso ortu religionis nostrae, quae a cruce, & morte,
 & ab eis denique initijs profecta, quae maxime con-
 traria, plurimumque repugnantia humanis studijs, &
 opinionibus sunt, in eam nihilominus creuit amplitudinem, ut
 cunctum ferme terrarum orbem quodam tempore ad cultum sui,
 venerationemque conuerterit: cum vis ipsa caelestis numinis & bo-
 nitatis praepotentis Dei versata ante oculos, quae hoc maxime mi-
 rabili, imprimisque insolito genere se ostendendi patere voluit:
 tum vero duas reperio virtutes, humilitatem animi videlicet, al-
 teramque Charitatem, quarum neutrius vim cognouit antiqui-
 tas, huius praecleari operis & institutrices initio fuisse, & ad hoc te-
 pte esse conseruatrices. Atque harum quidem, quas dicimus virtutum,
 & quibus laudem, ac decus & constituta, & auctae Christianae religio-
 nis ascribimus, hoc & ignorata apud veteres, & nobis, qui ad ve-
 ritatem Dei cognitionem accessimus, facillime, & prompta fuit indaga-
 re, quod illi ea, quae gerebant, quaeque meditabantur, omnia ad

